



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Constantiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Paulatim morimur : momento exstinguimur vno:

Vt Lampas oleo deficiente perit.

Vt nihil interimat; tamen ipso in tempore mors est:

Et nunc interea dum loquimur, morimur.

INSCRIPTIO GYMNASII.

Patres Reipub. qui docendis atque discendis,
cum litteris, tum moribus ædes hanc posteritatis
ergo FF. hortantur pergere, & maxime virtute esse
adulescentis, iisque studiis incumbere, quibus &
sibi honori, & amicis gaudio, & reip. emolumentum
esse possint. Ann. Dom. 1539.

Expertes inuidentiæ Musar. fores.

CONSTANTIAE.

EPITAPH. EMANVELIS CHRYSO-
SOLORAE BYZANTINI.

Ille ego qui Latium priscas imitari artes
Explois docui sermonum ambagibus, & qui
Eloquium magni Demosthenis & Ciceronis
In lucē retulit CHRYSOLORAS nomine notus,
Hic sum, post vitam peregrina sede quiesco.
Roma meos genuit maiores; me bona tellus
Byzantina tulit: cineres Constantia seruat.
Quo mori are loco, nil refert, vndiq; calum,
Panaurumq; locus mensura distat eadem.


IN SAXO FORNICIS.

Ante aram situs est D. MANVEL CHRYSO-
LORA, miles Constantinopolitanus, ex vetusto
genere Romanorum, qui cum Constantino Imper.

Bb 3

migr2

migrarunt: vir doctissimus, prudentiss. optimus, qui tēpore generalis Concilij Constantiensis diem obiit, ea existimatione, vt ab omnibus summo Sacerdotio dignus haberetur. die 15. April. Conditus est anno 1415.



GENEVAE.

IN D. PETRI.

Reuerendus in Christo DN. AMBLARDUS Goyetus I. V. Doctor, & Theologus insignis, Apost. Pronot. Abb. Filiaci, Geben. Canon. pietate in Deum, & religione deuotus, apud principes, nobiles & plebeios, consilio, gratia & liberalitate conspicuus, impio fato concessit, anno à cunis Christi 1517. 7. Martij.

IBIDEM.

Reuerend. Pater PETRVS GRINETVS Apostolicus Proton. Geben. Canonicus, & generalis Vicarius meritissimus, Iurium Doctor celebr. virtute, gratia & consilio potens, isto exanimis capulo tegitur; die sui obitus XXIII. m. IX. Anno 1531. Orate pro eo.

*Qui nostra fuerat custos gratissimus vrbis,
Virtutem decus & religionis honos,
Præsule sub quinto sceptri donatus habens,
Nunc diro mortis subditur imperio.
Marmore conclusus iacet & resupinus in antra,
Astra tenet virtus, cetera puluis habet.
Disce tuum quisquis simili pede claudere passum,
Et tergant oculos hæc monumenta tuos.*

IOAN-